

rim nocte insequente populus reliquos ejusdem factionis persequitur, juvante maxime Præfecto. Qui ex ordine Novem dicuntur, alios, qui appellantur duodecim, palatio ac potestate depulerunt. Ita qui se populum vocant, omnem Nobilitatem depresso: quatuor familiis acerbissime mulctatis. Rubeorum, Ptolomeorum, majoribus atque amulis, duabus quarum altera Salimbene, altera nomine opposito Maleverfi (10) dicuntur. Hos verò non contenti Magistratus decessisse, etiam conati sunt penitus extinguere. Plerisque per id tempus in Civitate, vel privata nece, vel publica damnatione interfectis, reliquos Civitate expulsos dimissis cum præmio ficariis semper ex eo tempore ad internitionem persecuti sunt. Eoque (ut intelligas vulgus nunquam mediocriter insanire) furor erupit, ut illorum ades quoque verterent, quibus nihil erat in tota Urbe nobilius. (11) Quin & postera die fertur idem qui Franciscum occiderat spe potiundi Episcopatus ipsum Civitatis Episcopum Domini pluribus confossum vulneribus pro interfecto semianimum reliquisse; nam lecto incubans fenex corpus paululum cervical complexus obtexerat. Florentini ut videre Senensium rem non satis ad votum cogitatis fraudibus impelli, arma parant, bellumque in Senenses decernunt. Moxque illi, ut viribus imparis, cum Janello, vel de Societatis federibus, vel commendanda Ecclesiæ Civitate colloquuntur. Quod veriti Florentini ne novum, magnumque hostem exciperent, pacem Senensibus non iniquis (12) conditionibus dederunt. Tum emisso placidis (13) conventionibus Præfecto, se se auctoribus, ac pæne Magistris Florentinis ad Remp. titulo populi componunt, eam usque ad hunc diem continua cum Florentinis pace tenuere. Paulò inde post literæ ex Mediolano referuntur, quæ Senenses suis legibus dimissos faciant, restituta omnium libertate (sic enim poposcerant) ac relata Castellorum signa, quibus visis præsidia facerent, quorum tamen alia vi, alia pretio, alia favore educta erant. Ad omnia Florentinus juvabat, modò (14) videret Vicecomitum nomen pulsum ex Etruria; quod nec difficile, tutante nullo, obtigit.

Brixia quoque per id ferè tempus alius tumultus excitus, ac sedatus. Potentes montani paulò superbius se ab Johanne dudum habitos, duce quodam Johanne Viro audacissimo, & Cognomine Rocionum Nobili, omnem montanam regionem ad descendentem cogunt, vocatoque ad Dominium Franciscum Patavino, Urbem sub infestis signis intrant; interiores quoque munitiones, cui Urbecula nomen est, aggressi. Intus (quemadmodum diximus) sine tamen præsidio Jacobus erat; sed eam partem Gibellini habitant; cum ferè reliqua Guelforum esset. Is itaque evocatis ex Bononia auxiliis, in Urbem ex munitione egressus, hostes non magno labore ejecit. Johannem quoque in Monte cæsis compluribus, aliquotque obviis villis partium odio incensis, persequutus, Patavino Carrario minatus fertur. Quod postea in odium Venetorum lapso effecit. Atqui ne ex Etruria infecto negotio discessisse videamur; Pisani

(10) N. Malverfi. P. dicitur.

(11) P. Quin etiam. (12) P. conventionibus.

A) gravior fortuna incubuit. Eam Urbem (quod ante diximus) Gabriel tertius filiorum Johannis in sortem patris testamento habuerat: five igitur spurium Pisani contempserit, five illos inverecundia Officialium irritavit (quam rationem ipsi quoque videre volunt) five & civitas novitati rerum prospiciebat, & Florentini dolis invalere, aut denique fata Urbis illius exitium petebant, erecti in arma sub signis populum ad libertatis spem vocaverunt. Juvenis ut qui nec virium, nec industria rationem haberet, dilapsus fugam protinus Genuam petiit. Mater (nam eam quoque secum habuerat) Agnes dicebatur, intra munitiones concessit. Quæ cum à Pisaniis expugnarentur crebroque & balista, & machinæ, ac tormenta utrinque jacerent, illa, dum spectat, ictu ruptæ machinæ percussa interiit. Amici juvenis sumpto de rebus consilio, nusquam apparentibus auxiliis, nihil aut temporis apertis, aut (15) perfidia Pisanoarum arbitrati dignius cum Florentinis de retentis munitionibus, & Civitatis jure paciscuntur; parte pecuniæ numerata (superdimum enim præter actionem tenuere.) Mox amici Gabrielis cum tenui, si quæ erat, gaza abeunt, Florentinorumque introductum præsidium, frumentum, ac reliqua rerum copia importata. Ne verò Pisani citius ferè ab Domino, quam ab se ipsis desciverent. C) Quippe interim postea quam libertatem clamarent, revocatis exulibus, quorum plerique etiam nobilissimi, dato, acceptoque osculo in pacem quandam conjuraverunt. Non lætum id facinus Urbi: quo scias nihil ad perfidiam plus quam fidem posse. Nam paulò post alii alios nihil tale ob pacis fiduciam verentes trucidaverunt. Hinc ad expugnandas munitiones conversi nec dies, nec noctes intermittunt. Tantus animorum ardor populo præsertim pollicitationibus decepto, ut nihil neque mœnia, neque arces ad obsidendum valere viderentur. Rapta cum incredibili furore, & comprehensa triremis, quæ per Arnun ad inferendos obsessis commeatu subibat. Multi juvenum nando ensibus ex summa aqua ad carinam suspensi pugnare. Ita paucos dies frequenti oppugnatione adjecta munimentorum Pisani potiuntur. Incensi eo pudore Florentini exercitum instaurant; conductis undique stipendiis; auctæ copiarum; res uni Civium Gino cognomen Caponi commissa. Is ductores ad muros ducit; ibi triplicibus Castris Urbem cingunt. Multæ tamen eruptiones, multaque certamina fiebant; in dies verò fames acrior Civitatem premebat. Nihil verò aut tam Florentinos juvit, aut delevit Pisanos, quam quod Genuenses lucro liburnarum Florentinis adhaerant; acceptis inde triribus Arni ostium custodiebatur, ne quid inferri posset. Quo malo super modum Pisani afflicti; frustra Burgundionum Duci se dedunt. Quippe missum ad id nuntium Gino in fluvium præcipitem dedit. Quamquam eas res post aliquot annos negotiatoribus Florentinis Parisius magno stetit tempore, uti forsitan deinde referemus. Inventus tandem prodicionis auctor Johannes, cognomen Gambacurta, Patriam Florentinis vendidit. Infelix mercator, egregiam Urbem

(13) P. conditionibus. (14) P. videretur.

(15) P. Pisanoarum perfidia dignius arbitrati.